



Per.  
Lat  
020

## LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓ IFJÚSÁG SZÁMÁRA

Prodit Budapesti, I. Lipótmezei-út 6. decies in anno.  
Pretium praesolvendi annum 4 tinnuli 80 filleri.

Megjelenik Budapesten, I. Lipótmezei-út 6. tiszser  
egy évben. Előfizetési ára évi 4 pengő 80 fillér.

### Aestivatio.

Ruri<sup>1</sup> habitantibus vacatio magna et aestivatio<sup>2</sup> est eadem. Sed non ita urbanis. Isti post annum scholasticum non solum relaxacionem<sup>3</sup> mentis, sed re vera etiam corporis recreacionem<sup>4</sup> quaerunt. Miro quodam instinctu<sup>5</sup> concupiscunt liberam auram,<sup>6</sup> campos apricos,<sup>7</sup> silvas umbrosas, montes et valles, praesertim autem balineas iucundas.<sup>8</sup>

Ante dira<sup>9</sup> Trianonensia in montibus Karpaticis et in Transsilvania plurima loca peramoena atque iucundissima languidos<sup>10</sup> urbanos aestivatum<sup>11</sup> invitabant: nunc vero fere solus lacus Balaton aesti-



Tihonium — Ex machina Arpadi Illés de Edvi. — Tihany.

vantibus optatas praebet<sup>12</sup> delicias.

Hic autem lacus re vera adeo aptus est ad aestivandum atque balneandum,<sup>13</sup> cui<sup>14</sup> parem in Europa haud invenias. Cum quadam superbia<sup>15</sup> nos lacum nostrum Balatonem mare Hungaricum appellamus.

Gloriamur autem singularibus his deliciis Pannoniae haud immerito.

<sup>1</sup> falun    <sup>2</sup> nyaralás    <sup>3</sup> az elme pihentetését    <sup>4</sup> új erőre hozását    <sup>5</sup> ösztönszerűséggel kívánják    <sup>6</sup> a szabad levegőt    <sup>7</sup> a verőfényes    <sup>8</sup> a fürdőket <sup>9</sup> a trianoni átok előtt    <sup>10</sup> az elernyedt    <sup>11</sup> nyaralni hívták    <sup>12</sup> nyújtja az óhajtott élvezeteket <sup>13</sup> nyaralásra és fürdőzésre    <sup>14</sup> hogy hozzá foghatót    <sup>15</sup> büszkeséggel



Cingunt<sup>16</sup> lacum satis magnum in omni circuitu villaes decentes,<sup>17</sup> quae aestivantibus commoda<sup>18</sup> praebent habitacula.<sup>19</sup> Ripae, praecipue in partibus meridianis, sunt planae,<sup>20</sup> harrena subtili<sup>21</sup> et pura obductae,<sup>22</sup> itaque aptissimae ad solicationes.<sup>23</sup>

Aqua ipsa in ripis meridianis planis non est profunda;<sup>24</sup> itaque ne minimis quidem pueris imminent pericula: immo,<sup>25</sup> cum calefiat<sup>26</sup> brevi tempore, ipsis minimis fit iucundissima.

Iuentus adulta<sup>27</sup> lintribus velivolis<sup>28</sup> in aequore lacus vectitari<sup>29</sup> gaudet: sed vae illis, quos insperata obruit pro-



*Thermae — Ex machina Arpadi Illés de Edvi. — Hévviz.*

cella!<sup>30</sup> Proh dolor! Infortunia mortifera quotannis eveniunt.

In sinu Tiha-nyiens (Balaton-füred) atque in angulo<sup>31</sup> occiden-tali (Hévviz) sunt balineae etiam aegrotis salu-bres,<sup>32</sup> quae non solum aestate sed etiam quounque tempore anni fre-

quentent reddantque nonnunquam etiam paene desperantibus optatam sanitatem.

<sup>16</sup> övezik <sup>17</sup> csinos villák <sup>18</sup> kényelmes <sup>19</sup> laká-sokat <sup>20</sup> laposak <sup>21</sup> finom homokkal <sup>22</sup> bevonva <sup>23</sup> a napon való sütkérezésre <sup>24</sup> nem mély <sup>25</sup> sőt <sup>26</sup> minthogy felmelegszik <sup>27</sup> a serdült ifjúság <sup>28</sup> vitorlás csolnakokon <sup>29</sup> szeret hajókázni <sup>30</sup> vihar lep meg <sup>31</sup> a nyugati sarokban <sup>32</sup> gyógy-fürdők is vannak.



## Iudex prudens.

In pago<sup>1</sup> quodam Francogalliae rusticus adit praetorem.<sup>2</sup> Conqueritur<sup>3</sup> sibi per tenebras noctis tria alvearia<sup>4</sup> apium doloso furto repta<sup>5</sup> esse.

Praetor de re aliquantulum meditatur,<sup>6</sup> tum ait ad rusticum: Abi nunc domum! Cras<sup>7</sup> iterum veni! Sed affer tecum etiam suspectos vicinos tuos!

Postero<sup>8</sup> die, ut erat mandatum, adest rusticus coram praetore cum tota sua impia suspectaque vicinia.<sup>9</sup>

«Stultissime! — increpat<sup>10</sup> eum praetor — Quomodo audes tot honestos viros in ius<sup>11</sup> adducere? Num caecus es? Nonne vides in petaso<sup>12</sup> maledicti furis totam gregem<sup>13</sup> apium consedisse?<sup>14</sup>

Vix ea fatus erat praetor, cum unus rusticorum manu petasum<sup>15</sup> petit, quo facto se furem apium esse prodit.<sup>16</sup>

Arripitur<sup>17</sup> statim et — stupentibus ceteris, ipse vero ne minimum quidem renitens — in vincula<sup>18</sup> mittitur.

*Georgius Vass  
d. VI. cl. gym. real.*

<sup>1</sup> Franciaország egyik falujában <sup>2</sup> felkeresi a bírót <sup>3</sup> panaszokodik <sup>4</sup> méhkast <sup>5</sup> elloptak tőle <sup>6</sup> elgondolkodik <sup>7</sup> holnap megint <sup>8</sup> másnap <sup>9</sup> egész szomszédságával <sup>10</sup> förmeld rá <sup>11</sup> törvény elő hozni <sup>12</sup> kalapján <sup>13</sup> méhraj <sup>14</sup> szállott meg kezével kalapjához nyúl <sup>15</sup> elárulja <sup>17</sup> letartóztatják <sup>18</sup> és bílincesekbe verik.

**EX ARCHIVO RELIGIOSO****De morte regis Sancti Stephani.**(Vita Sancti Stephani e codice Warsaviensi,<sup>1</sup> 16., 17.)

16.... in visione<sup>2</sup> apparuit angelus in albis vestibus dicens: «Veni dilecte mi rex Stephane ad me; quia tempus est, ut post labores seculi<sup>3</sup> requiescas in gaudio paradisi».

E vigilans<sup>4</sup> autem advocat episcopum et ei visionem edicit. Eadem vero die hora nona tactus febre<sup>5</sup> debilitatus est et decidit in lectum.<sup>6</sup> Et cum sibi transitus<sup>7</sup> diem imminere cognovisset, accersitis<sup>8</sup> episcopis et principibus et comitibus, et primis palati sui iuvenibus, de Christi vocatione exsultans,<sup>9</sup> indicavit<sup>10</sup> eis dissolutionem<sup>11</sup> sui corporis imminere.

Deinde paterne<sup>12</sup> monuit illos... manus et oculos levans<sup>13</sup> ad caelum sic orabat: «Regina caeli et terrae, imperatrix et coadiutrix inclita,<sup>14</sup> tuo patrocinio<sup>15</sup> sanctam ecclesiam cum episcopis et clero, regnum cum principibus et populis sub alis tuae protectionis<sup>16</sup> relinquo». Quibus dictis oleo infirmorum corpus suum inungi petiit. Post unctionem *Credo* cantat, dein «Pater noster», quibus ultimum benedicens,<sup>17</sup> manibus extensis<sup>18</sup> sursum, dixit: «In manus tuas, Domine Jesu Christe, commendabo animam meam».

17. *De morte et planctu<sup>19</sup> regis Stephani et miraculis.* Instabat<sup>20</sup> autem solemnitas, Sanctae Dei Genitricis assumptio<sup>21</sup> gloriosa, ad quam omnes solito more in Albam<sup>22</sup> civitatem confluxerunt,<sup>23</sup> et tentoriis<sup>24</sup> campos operuerunt. Planxerunt<sup>25</sup> autem eum omnes populi Hungariae, simul in unum dives et pauper, episcopi cum clero cantu lamentabili<sup>26</sup> animam eius commendabant,<sup>27</sup> atque fabricato marmore novo monumento<sup>28</sup> reconditur, in quo nondum quisquam positus fuerat.

Quidam autem episcopus Graecorum sanctae conversationis<sup>29</sup> in ipsa transitus<sup>30</sup> sui hora audivit animam Sancti Stephani in caelum deferentem<sup>31</sup> per angelorum choros, et laudantes Dominum Jesum Christum.

Qui statim nuncium in Ungariam in Albam civitatem transmisit, et ita sicut audivit et vidit sanctus episcopus, nuntius eius invenit. Litteris autem de obitu eius a capitulo<sup>32</sup> acceptis, ad dominum suum in Graeciam remeavit.

Saepe harmoniae<sup>33</sup> supra sepulchrum eius audiebantur angelorum, saepe lampades ardentes in aere videbantur. Multorum vero pueri, qui infirmitate<sup>34</sup> sua eius liminibus<sup>35</sup> devovebantur,<sup>36</sup> mox ut perveniebant, curabantur,<sup>37</sup> auxiliante Domino nostro Jesu Christo.

1 varsói 2 egy látomásban 3 e földi élet fáradalmai után 4 felbredve 5 láztól gyötörve elgyengült 6 ágyba 7 elmulásának napja 8 összehívatván 9 örvendezve azon, hogy őt Krisztus hívja 10 megmondta nekik 11 testének feloszlása 12 atyai jósággal 13 az ég felé emelve 14 dicső 15 pártfogásodba 16 a te oltalmad szárnyai alá 17 s ezzel az utolsó áldást mondva 18 karjait felfélte emelve 19 siratásáról 20 közeleddet az ünnep 21 mennybemenetele 22 Székesfehérvárra 23 gyülekeztek 24 sátrakkal lepték el 25 siratták 26 sira mas énekkel 27 ajánlották lelkét, t. i. Isten kegyelmébe 28 sírboltba 29 szent dolgokkal foglalkozó 30 kimulásának órájában 31 érge szálló 32 a káptalantól 33 angyalok zengzetei 34 betegségük miatt 35 az ő sírboltja küszöbénél 36 neki ajánlattakk 37 meggyógyultak.

**EX AUCTORIBUS ROMANIS****Relaxationes.\***

a) *Caii Plinii Caecili Secundi epistola ad Publium Cornelium Tacitum. (Lib. I. epist. 6.)*

«Caius Plinius Cornelio Tacito suo salutem!

Ridebis, et licet<sup>1</sup> rideas.

Ego ille, quem nosti,<sup>2</sup> apros<sup>3</sup> tres, et quidem pulcherrimos, cepi.

Ipse<sup>4</sup> — inquis.<sup>5</sup>

Ipse!<sup>6</sup> — non<sup>7</sup> tamen ut<sup>7</sup> omnino ab inertia<sup>8</sup> mea et quiete discederem.

Ad retia<sup>9</sup> sedebam. Erant in proximo,<sup>10</sup> non venabulum<sup>11</sup> aut lancea, sed stilos<sup>12</sup> et pugillares.<sup>13</sup> Meditabar aliquid enota-

\* szórakozások 1 de hát csak hadd nevess 2 akról tudod, hogy milyen vagyok 3 három vaddisznót fogtam 4 Te magad? 5 mondod csodálkozva 6 Én bizony! 7 anélkü, hogy 8 pihenésemiből...kizökkenet volna 9 a vadászhálók mellett 10 a közelemben 11 vadászdárda 12 íróvessző 13 jegyzőtáblák.

bamque,<sup>14</sup> ut, si manus vacuas, plenas tamen ceras<sup>15</sup> reportarem.

Non est, quod<sup>16</sup> contemnas hoc studendi<sup>17</sup> genus. Mirum est, ut<sup>18</sup> animus agitatione motuque corporis excitetur.<sup>19</sup> Iam undique silvae et solitudo,<sup>20</sup> ipsumque illud silentium, quod venationi<sup>21</sup> datur, magna cogitationis incitamenta<sup>22</sup> sunt. Proinde quum venabere,<sup>23</sup> licebit, auctore<sup>24</sup> me, ut panarium<sup>25</sup> et lagunculam,<sup>26</sup> sic etiam pugillares feras.

Experieris<sup>27</sup> non Dianam magis montibus, quam Minervam inerrare. — Vale!»

b) *Caii Plinii Caecilii Secundi epistola ad Caninium Rufum. (Lib. II. epist. 8.)*

«Caius Plinius Caninio suo salutem!

Studes? an piscaris?<sup>28</sup> an venaris?<sup>29</sup> an simul omnia? Possunt enim omnia simul fieri ad Larium<sup>30</sup> nostrum. Nam lacus pisces, feras silvae, quibus lacus cingitur, studia altissimus<sup>31</sup> iste secessus,<sup>31</sup> affatim<sup>32</sup> sugerunt.

Sed sive omnia simul, sive aliquid facias, non possum dicere,<sup>33</sup> *In video*: angor<sup>34</sup> tamen non et mihi licere,<sup>35</sup> quae sic concupisco,<sup>36</sup> ut aegri vinum, balinea,<sup>37</sup> fontes.

Nunquamne hos arctissimos<sup>38</sup> laqueos, si solvere negatur,<sup>39</sup> abrumpam?

Nunquam, puto.<sup>40</sup> Nam veteribus negotiis<sup>41</sup> nova accrescunt, nec tamen<sup>42</sup> priora peraguntur: tot nexibus,<sup>43</sup> tot quasi catenis maius in diem<sup>44</sup> occupationum agmen extenditur.<sup>45</sup> Vale!»

<sup>14</sup> jegyezgettem <sup>15</sup> legalább a viaszos írótáblákat teleírva <sup>16</sup> nincs miért megvetned <sup>17</sup> a szellemi munkálko-dásnak ezen nemét <sup>18</sup> mennyire <sup>19</sup> felélenkül <sup>20</sup> magán <sup>21</sup> mely a vadászattal jár <sup>22</sup> nagy serkentői a gondolkozásnak <sup>23</sup> ha vadászni mégy <sup>24</sup> az én fele-lösségemre <sup>25</sup> amiként kenyeres tarisznyát és <sup>26</sup> kulaszot <sup>27</sup> tapasztalni fogod, hogy nem is annyira D. (a vadászat istennője), mint inkább M. (a tudomány istennője) bolyong a hegyeken <sup>28</sup> vagy halászol? <sup>29</sup> vagy vadászol? <sup>30</sup> tó neve <sup>31</sup> ez a mélységes csendű félrevonultság <sup>32</sup> bőségesen szolgáltatnak <sup>33</sup> ki sem mondhatom, mennyire irigyellek <sup>34</sup> csak az bánt (azon aggódóm) <sup>35</sup> hogy nekem is nem lehet megtennem <sup>36</sup> amiket úgy kívánok <sup>37</sup> fürdőket <sup>38</sup> ezeket a foltogató (nagyon szoros) hurkokat... szétszakítani? <sup>39</sup> ha már megoldani nem lehet <sup>40</sup> úgy látom, soha. <sup>41</sup> régi munkáim nyakába újak nőnek <sup>42</sup> holott még az előbbieket sem tudom elvégzni <sup>43</sup> annyi kötelekkel <sup>44</sup> napról-napra nagyobbra <sup>45</sup> terjeszkedik elfoglaltságaim serege.

### EX ARCHIVO LATINO HUNGARORUM

Offendebantur<sup>1</sup> nonnulli in eo, quod ego in fronte *Iuentutis* locativum, qui erat antea «Budapestini», in «Budapesti» commutavi.<sup>2</sup> Quo iure hoc fecerim, licet mihi demonstrare nonnullis speciminibus<sup>3</sup> excerptis e chronicis historiae Hungaricae.

a) Exempla indeclinata: «Gerardus<sup>4</sup> ergo episcopus de Chanad, in istis casibus *in Pest* per Hungaros de monte submissus in biga,<sup>5</sup> martyrio coronatur». (Magistri Simoni de Keza Gesta Hungarorum, lib. II. cap. 3, 29.)

«Inter haec autem Endre et Levente... appropinquaverunt ad portum,<sup>6</sup> qui vulgo dicitur *Pesth.*» (Chronicon Pictum Vindobonense. XLVII.)

b) Exempla declinata: «Et iam ab eo (scilicet comitatū), qui nominatur *Pestensis* a *Pesto* oppido, sumamus<sup>7</sup> initium». (Scilicet describendorum comitatuum, qui sunt in sinistra ripa Danubii. — Petri Ransani Epitome Rerum Hungaricarum. Index II.)

«Idcirco antequam ad eligendum regem Hungarorum magnates *Pestum* convenissent... (Petri Ransani Epitome Rerum Hungaricarum. Index XXX.)

Permulta possum affere huiusmodi exempla; sed quid ultra?

<sup>1</sup> megütköztek azon <sup>2</sup> változtattam <sup>3</sup> néhány kiszá-  
kitott szemelvénnyel <sup>4</sup> Gellért <sup>5</sup> kétkerekű talyigán  
<sup>6</sup> ahhoz a révhöz <sup>7</sup> vegyük a kezdetet.



«*Vitta caerulea*<sup>1</sup> *Oceani*» instituta est ad distinguendam<sup>2</sup> navem mercatoriam,<sup>3</sup> quae celerrimo cursu Oceanuni Atlanticum transvexerit.<sup>4</sup>

Anno 1900-mo navis vaporevecta<sup>5</sup> «*Deutsch-land*», id est «*Germania*», cum laude celerrimi cursus primo *vittam caeruleam* meruit.<sup>6</sup> Mox navis *Anglica*, cui nomen «*Mauretania*», illam Germanicam celerritate superavit obtinuitque<sup>7</sup> decus *vittae caeruleae*. Novissime vero recuperavit hoc praemium celerrime navigandi vaporevecta<sup>8</sup> Germanorum no-  
mine «*Bremen*», id est Latine «*Brema*». Haec nempe Oceanum Atlanticum tempore 113 horarum atque 42 minutarum transmisit, quae faciunt quattuor dies, septemdecim horas et quadraginta duas minutás.

<sup>1</sup> az ócean kék szallagja <sup>2</sup> kitüntetésére <sup>3</sup> kerest-  
kedelmi hajó <sup>4</sup> kel át az óceánon <sup>5</sup> gózhajó <sup>6</sup> érde-  
melte, szerezte meg <sup>7</sup> elnyerte <sup>8</sup> gózös.



## Pulli<sup>1</sup> merulacei.

Martinellus<sup>2</sup> discipulus est tertiae classis gymnasii realioris.<sup>3</sup> Martinelli parentes haud<sup>4</sup> procul habitant ab urbe. Quotiescunque ergo duas dies coniunctim<sup>5</sup> vacantes praebet calendarium, Martinellus noster domum proficiscitur.

Quid te domum attrahit,<sup>6</sup> Martinelle? Pater-ne, mater-ne? An fraterculus, aut soror parvula? Hortus-ne, aut forsitan campus et silva?...

Nescit Martinellus ad haec respondere. Attrahit et hoc et illud. Attrahit eum aliquid... Senes dicunt: nostalgia.<sup>7</sup>

Nunc quoque domi vacat<sup>8</sup> Martinellus. Non vero sedet iners in cubiculo,<sup>9</sup> sed vagatur<sup>10</sup> in agris et in silva.

Ante has duas hebdomas in arbore quadam nidum<sup>12</sup> merulae invenerat Martinellus. Tum iam septem ova parva caerulea,<sup>13</sup> leniter<sup>14</sup> conspersa nigris punctulis, in nido erant. Quid novi<sup>15</sup> nunc post duas hebdomas in nido erit? Hoc videre Martinellus iam diu valde<sup>16</sup> cupiebat.

Quid<sup>17</sup> ultra? Ascendit in arborem, inspicit<sup>18</sup> nidum, reperitque in illo amabiles<sup>19</sup> septem pullulos vivaces,<sup>20</sup> alacres,<sup>21</sup> evolare<sup>22</sup> paratos.

Nulla<sup>23</sup> mora! Eximit<sup>24</sup> statim unum post alterum e nido et — more<sup>25</sup> rustico — condit<sup>26</sup> cunctos in sinu interulae.<sup>27</sup> Tum descendit de arbore cumque praeda sua carissima properat domum.

Quid vero in termino<sup>28</sup> pagi?... In termino pagi lacus<sup>29</sup> parvus est. In ripa lacus gallina matrix<sup>30</sup> gloticat,<sup>31</sup> gloticansque cursit vesana<sup>32</sup> huc et illuc. Pulli eius enim omnes in aqua sunt.

Non submerguntur,<sup>33</sup> sed natant omnes hilariter.<sup>34</sup> Non enim sunt pulli gallinacei,<sup>35</sup> sed pulli anatinii,<sup>36</sup> miserae gallinae matricis pulli privigni,<sup>37</sup> quos ipsa quidem ex ovis<sup>38</sup> anatinis excluderat,<sup>39</sup> quibus vero naturam anatinam instinctumque<sup>40</sup> natandi non ipsa dedit, nec potest demere.

Vae, misera matrix! — ait secum Martinellus. Si ista pro privignis pullis tantas vaesanias<sup>41</sup> agit, quanta debet<sup>42</sup> esse des�ratio matris merulae pro genuinis<sup>43</sup> suis pullulis amissis! Hunc crudelem dolorem maternum ego reparare<sup>44</sup> debo!

Sic secum Martinellus. Revertitur extemplo in silvam, ascendit in arborem, reponit pullulos merulaceos in nidum. Ubi de arbore descendit, quid videt? Circumvolitant iam ambae merulae suos pullulos ineffabili<sup>45</sup> gaudio.

Conquiescit<sup>46</sup> hoc visu et Martinelli sensibilis conscientia.

1 szürkerigófókák 2 Marci 3 reálgimnáziumi  
4 nem messze 5 két kapcsolatos szünetes napot  
nyújt 6 vonz 7 a honyágy 8 szünetet 9 nem ül  
tétlenül bent a szobában 10 barangol 11 két héttel  
ezelőtt 12 rigófészket 13 hét kis kék tojás 14 enyhén  
tarkítva fekete pontocskákkal 15 mi ujság lesz most  
16 már régóta nagyon vágyott 17 no s aztán? 18 bele  
néz a fészekbe 19 kedves 20 eleven 21 élénk 22 ki-  
repülni kész fiókák 23 semmi tétova! 24 kiszedi  
25 falusi szokás szerint 26 elrejti valamennyit 27 az  
inge gelebébe 28 a falu szélén 29 egy kis tó van  
30 a kotlós tyúk 31 kot-kotol 32 futkos cszeveszettben  
33 nem merülnek el 34 vigan uszkálnak 35 nem csir-  
kék ugyanis 36 kacsafiókák 37 mostoha fiókái  
38 kacsatőjásokból 39 költött ki 40 s az úszóösztöt  
41 ekkora örököseket csinál 42 mekkora lehet a  
kétségeeséje 43 vörbeli 44 helyrehozni tartozom  
45 kimondhatatlan 46 megnyugszik a M. érzékeny  
lelkiismerete is.

## Pro victoribus certaminum<sup>1</sup> studiorum.

In Nro 9-no *Iuentutis* iam registravimus<sup>2</sup> eventum certaminum studiorum regnicolarium. Hactenus, praeter laudes, sola praemia erant singulis victoribus commendationes<sup>3</sup> testimoniis maturitatis indorsatae.<sup>4</sup> Huiusmodi commendationes prioritatem praestabant<sup>5</sup> in inscribendo ad studia academica.<sup>6</sup> Nunc vero sic dicta *industria gravis*,<sup>7</sup> mediante<sup>8</sup> Societate Széchenyiana, constituit iuvenibus, qui e certaminibus studiorum regnicolaribus victores evasissent,<sup>9</sup> ad studia prosequenda<sup>10</sup> etiam opes<sup>11</sup> necessarias se praestaturam esse. Summopere<sup>12</sup> laudabilis est ista destinatio!<sup>13</sup>

1 a tanulmányi versenyek győzteseinek érdekében  
2 közöltük 3 ajánlások 4 hátratolva az érettségi  
bizonyítványokra 5 elsőbbséget biztosítottak 6 a fő-  
iskolai tanulmányokra való beiratkozásnál 7 nehéz  
ipar 8 a Sz. T. közvetítésével 9 győztesen kerültek ki  
10 tanulmányiak folytatására 11 segítséget 12 szer-  
fölött 13 elhatározás.

**VIRTUTES CORPORIS**

Cartamen<sup>\*</sup> natandi

pro «*grandi praemio*» Francogallorum.

Parisiis quotannis repetitur<sup>1</sup> certamen per spatium centum metrorum celerrime natandi pro *summo praemio*, cui nomen franco-gallicum est «*Grand Prix*». Huius anni certamen nunc fuit septimo die Iulii.

Adhuc iam ter, scilicet anno 1925., 1926. et 1927., ex hoc certamine Hungarus noster *dr. Stephanus Bárány* victor evaserat.<sup>2</sup> In horno<sup>3</sup> certamine strenuus ei aemulator<sup>4</sup> existit natator Francogallus nomine *Taris*. At *Bárány* noster nunc quoque etiam quarta vice<sup>5</sup> victor evasit, etquidem post certaminum memoriam<sup>6</sup> brevissimo adhuc per Europam tempore 59·4 secundarum.<sup>7</sup>

Multitudo sex millium spectantium ingenti applausu et ovatione<sup>8</sup> victorem salutavit.

\*

**Saltus de volaculo<sup>9</sup> ardente.** Aetatem agimus<sup>10</sup> machinarum et infortuniorum.<sup>11</sup> Ex quo enim inventae sunt machinae diversi generis, multiplicata<sup>12</sup> sunt valde infortunia, novissimumque in aevum<sup>13</sup> irruit<sup>14</sup> etiam novissimum genus mortis, scilicet infortunio mechanico<sup>15</sup> peremptae vitae.

Quamdiu terra marique nonnisi *vi vaporis*<sup>16</sup> agebantur machine *stabiles*, *locomobiles* et *locomotivae*, tantummodo annua<sup>17</sup> eveniebant maiora infortunia per explosiōnem,<sup>18</sup> per elisam<sup>19</sup> rotam, per concursum<sup>20</sup> navium aut vecturarum.<sup>21</sup>

Ex quo<sup>22</sup> etiam *vis electrica*<sup>23</sup> vehicula<sup>24</sup> per vias oppidorum et machinas fabricarum<sup>25</sup> agitare<sup>26</sup> coepit, etsi leviora, numero autem frequentiora,<sup>27</sup> circiter menstrua,<sup>28</sup> nunciabantur<sup>29</sup> infortunia.

Novissime<sup>30</sup> vero *vi benzini*<sup>31</sup> vecta automilia in terra, atque volacula<sup>32</sup> in aere tot tantaque quotidie proferunt<sup>33</sup> infortunia,

quae ephemerides<sup>34</sup> cuncta iam commen-tari<sup>35</sup> nequeant.

Quod autem nuperrime<sup>36</sup> in America evenit,<sup>37</sup> omnino<sup>38</sup> insolitum, ingenio<sup>39</sup> *pilnotae* rectum singularique<sup>40</sup> eiusdem dexteritate<sup>41</sup> evitatum<sup>42</sup> infortunium revera memoratu-dignum est.

Pilnota scilicet quidam militaris, nomine *Haddon*, novo volaculo ardue<sup>43</sup> volando usque in altitudinem decem millium metro-rum evectus<sup>44</sup> est.

Cum in hac altitudine motorem inter-cluderet,<sup>45</sup> extemplo incendium<sup>46</sup> exarsit in volaculo. Pilnota ruens<sup>47</sup> deorsum<sup>48</sup> se de-misit<sup>49</sup> usque ad altitudinem trium millium metrorum.

Hic vehementissimo in deruendo aurae motu<sup>50</sup> incendium iam suffocatum<sup>51</sup> esse existimans volaculum iterum sursum<sup>52</sup> di-rexit. Ast sefellit<sup>53</sup> eum haec praesumptio;<sup>54</sup> flammae enim denuo efflagraverunt.<sup>55</sup>

Pilnota denique ad ultimam rationem salutis<sup>56</sup> confugiens<sup>57</sup> exsiluit e volaculo ar-dente atque tardicasurii<sup>58</sup> ope denisit<sup>59</sup> se in terram feliciter.

Decidit mox et volaculum combustum.

\* úszóverseny 1 megismétlik a 100 méters gyors-úszás versenyét 2 került ki győztesen 3 az idei ver-senyen 4 kemény versenytársa akadt 5 a negyedik alkalommal is 6 rekordövel 7 másodpercenyi 8 tapssal és éljenzéssel 9 repülögépről 10 korát éljük 11 a szerencsétlenségeknek 12 megsokszoroztak 13 a legújabb korszakba 14 berontott 15 az életnek gépi baleset miatt való pusztulása 16 gőz erejével 17 éven-kint 18 robbanás 19 kisiklás 20 összeütközés 21 vo-natok 22 amióta 23 a villamos erő is 24 kocsikat 25 gyárak gépeit 26 hajtja 27 gyakrabban 28 havon-ként 29 jött hirök szerencsétlenségeknek 30 legutóbb azonban 31 benzin erejével hajtott 32 repülögépek 33 idéznek elő 34 az ujságok valamennyit 35 megírni sem tudják 36 a minap 37 történt 38 egészen szo-katlan 39 a pilóta eszével kormányozott 40 páratlan 41 ügyességével 42 kikerült szerencsétlenség 43 mere-dek repüléssel 44 felemelkedett 45 elzártta 46 tűz lobbant fel 47 zuhanva 48 lefelé 49 ereszke-dett 50 léghuzattól 51 a tűz már elfulladt 52 ismét felsel-kormányozta 53 ámde cserbenhagyta 54 ez a fel-tevés 55 újból fellobogtak 56 a menekülésnek 57 fo-lyamodyva 58 ejtőernyő segítségével 59 leereszke-dett.



## EX DIURNIS

Patrovus<sup>1</sup> Bem.

*Iosephus Bem*, Polonus natus erat in oppido Galiciae *Tarnov* anno 1795-to. Iam puer<sup>2</sup> militiam sibi vitae rationem<sup>3</sup> elegerat. Pugnavit contra Russos pro libertate Poloniae. Pugnae apud *Ostrolenkam* (1831.) ipse dux et heros erat. Anno 1833-tio pro libertate Portugaliae pugnabat.

Annis denique 1848. et 1849. pro libertate nostra *Hungarica* fortissime ducebat copias<sup>4</sup> Transsilvanicas contra infesta Austriaca et Russica agmina.

Dux ingeniosus<sup>5</sup> milites suos Hungaros valde diligebat. Alexandrum Petőfi dilectum<sup>6</sup> suum filium appellabat: fortissimi vero fidelissimique eius Siculi<sup>7</sup> patrovum *Bem* ducem suum carissimum vocabant.

Post infelicem exitum belli illius pro libertate gesti *patrovus Bem* in Turciam emigravit ibique anno 1856-to vitam finivit.

Ossa eius nunc exeunte<sup>8</sup> Iunio, tumulanda in solo<sup>9</sup> natali, e Turcia in Poloniam revecta<sup>10</sup> sunt.

Iter *patrovi Bem* per Hungariam mutilatam<sup>11</sup> multo magis glorioso triumpho quam exsequiis<sup>12</sup> fuit simillimum.

Interrupta<sup>13</sup> via constitit heros noster ad unam diem (28. Iunii) hic Budapesti. In portico Musei Gentici<sup>14</sup> fecimus ei iusta<sup>15</sup> grato<sup>16</sup> animo Hungarico.

Laudavit<sup>17</sup> *patrovum Bem* oratione festiva<sup>18</sup> Minister tuendae<sup>19</sup> patriae comes Carolus Csáky. Cecinerunt symphoniaci<sup>20</sup> Hymnum Hungaricum et Hymnum Polonicum.

Deinde impositum est sepulchrum<sup>21</sup> pedamento<sup>22</sup> tormentario, quod sex equi vehebant.<sup>23</sup> Ad serta<sup>24</sup> vehenda septem currus<sup>25</sup> vix sufficiebant. Symphoniaci modos<sup>26</sup> Rákóczianos canebant. Exsequebantur<sup>27</sup> funus duce ipso regni gubernatore Nicolao Horthy nobilissimi viri Hungari et Poloni et multa milia hominum usque ad porticum<sup>28</sup> viae ferratae orientalis.

Ossa *patrovi Bem* deputatio<sup>29</sup> nostra maior usque ad fines regni, altera minor una cum Polonis usque Tarnoviam comitavit.<sup>30</sup>



**Laconice.**<sup>1</sup> Ad Lysandrum, ducem Laconicum, litteras misit dux Persarum:

«Si pedem in terram Graeciae intulero,<sup>2</sup> omnia ibi peribunt igne madebuntque sanguine!»

Rescripsit ad eum Lysander Laconice: „Si<sup>3</sup> ...

★

**Hypocrisis.**<sup>3</sup> Socrates non indulgebat<sup>4</sup> hypocritis.

Antisthenes, qui aliquamdiu et ipse inter Socratis discipulos erat, novam condidit scholam philosophicam etquidem sic dictam cynicorum.<sup>5</sup> Modeste<sup>6</sup> vivere, nihil sibi vindicare<sup>7</sup> — hoc erat principium<sup>8</sup> huius philosophiae.

Antisthenes proprio exemplo hanc vivendi rationem<sup>9</sup> demonstrabat. Inter alia etiam lacernam<sup>10</sup> adeo laceram<sup>11</sup> gestabat, ut cuique oculos offenderent<sup>12</sup> foramina.<sup>13</sup>

«Antisthenes, — corripit<sup>14</sup> eum die quodam Socrates — scisne, quid ego per foramina lacerae tuae lacernae videam? Non tuam modestiam, sed tuam vanitatem!»<sup>15</sup>

★

**Fridericus II.**, rex Borussiae,<sup>16</sup> die quodam per fenestram prospiciens<sup>17</sup> magnam

1 Bem apó 2 mint gyermek 3 a katonáskodást  
választotta élethivatásul 4 az erdélyi csapatokat  
5 nagyesszű 6 kedves fiának szólította 7 székeyei  
8 június végén 9 a szülőföldben való eltemetés végett  
10 hazaszállítattak 11 csonka 12 mint temetéshez  
13 felbeszakítván útját 14 Nemzeti Múzeum 15 meg-  
adtuk neki a végütszességet 16 hálás m. lélekkel  
17 elbúcsúztatta 18 ünnepi beszéddel 19 honvédelmi  
miniszter 20 elzengték a zenekarok 21 a koporsó  
22 ágyútalpra 23 huzott 24 a koszorúk szállítására  
25 kocsi alig volt elég 26 a Rákóczi-indulót játszották  
27 kikisértek 28 a keleti pályaudvarig 29 küldöttsé-  
günk 30 elkísérte

1 lakonikusan, spártai rövidsgéggel 2 ha beteszem  
a lábat 3 képmutatás 4 nem szivelte 5 közönyö-  
sek, akik minden kutyába vesznek 6 szerényen  
7 semmit sem igényelni 8 alapelve 9 ezt az életével  
saját példájával szemléltette 10 köpenyeget 11 annyira  
rongyosat viselt 12 sértétek 13 a lyukak 14 fedd meg  
15 a te hiúságodat 16 Poroszország 17 kitekintve.

